

4
Viri Illustris Humanissimæque DOMINE,

Agit me fiducia beneficiorum, ut post
obitum Optimi Parentis mei, τὸ παραεῖς,
me tuum esse nunquam non depraedicem.
Hagam redeunte Optimo Cognato meo
Antonio Oem quidni scribam? et quidni
amem eum, qui, ut saepius legeret Puteani
Epistolas ad se scriptas, prodire in lucem
eas passus est? Unâ cum Amplissimo Heinsio
Te nunc complector, quorum consilio uti
cupio, ut Opera omnia, suis voluminibus
comprehensa, praeto mox subjiciantur, de
qua re separatim ad ipsum Heinsium sic
scribo. Bibliothecam interim Paternam
in nummos commutavimus, quam emptor
in Hispaniam secum auferet, qui sic
Supremi Iudicis Militaris personam sustinet.
Nomen ei, Michael de Luna ij Arellano, olim
in Academia Salmaticensi Primarius Iuris
Professor. Vbi Pax promulgata erit, urbs
Vetlona (quae Patria Parentis est) sumptus
Epitaphij faciet, quod nisi videris, mittam,
mansurus quoad vixero

Virtutum tuarum cultor

Iustus Puteanus


Hug. 37.

Medliniae, Idibus Martij,

MDCXLVIII.



Faint, illegible handwriting in Latin script, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and includes some larger, possibly decorative or signature-like elements at the bottom.





Faint, illegible text or markings, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Perillustri Nobilissimoque
Domino
CONSTANTINO HUYGENIO
A ZVYLICHEM,
EQV.
Principi Auriano a Consiliis,
etc.

Hagae.



Nobilissimo et Perillustri. M.

D. CONSTANTINO HUYGENIO, EQ:
Zulicemii, et Franciae Sabiae

Domino,
Principi à Consilijs, et Secretis.

Hagam.



In naam van de
 Heilige Roomsche
 Kerk
 De Heilige Roomsche
 Kerk

